





1
2
3
4
5
6
7



1736.

1. Ruderus, Christianus Fülliel: De feudis officialium heredi-
ditariorum procerum et provincialium regni Germani-
ae
2. Engan, Jo. Rudolphus: De regionum pontium sanctitate
(ac simul et praelectiones suas insertat.)
- 3^{us} Engan, Jo. Rudolphus: De blasphemis illiusque crimine.
(ac simul et praelectiones suas insertat). 2 Saempe
- 4 Engan, Jo. Rudolphus: De pontium regionum iuribus
- 5^a, 6^a, c. d. Estor, Franciscus Georgius: An datationem censet prop-
ter secundas nuptias. 4 Saempe 1736, 1742

1758.

6. Heimbürgius, Jo. Casparus: De his, quae in ultima
voluntate per scripturam privatam declarata
piis causis relinquuntur.
7. Hertelius Jo. Fredericus: Pontusiacae: De harmonia
praesentata juris et iustitiae, quae praelectiones suas
indicit.

1736.

- 8^{act} Hertelius, Jo. Fredericus: De principibus. 2 Sampl. 17
9. Hertelius, Jo. Fredericus: Programma: De studi legali
modo et more variante, Jo. Christiani Luckelii
... disputationis inaugurali - - - praemissum.
10. Hertelius, Jo. Fredericus: Programma: De conjugio
mystico principis et populi, Joannis Georgii Hertii 16.
disputationi inaug. - - - praemissum.
11. Hertelius, Jo. Fredericus: Programma inaug: De sacerdotii 17
politico rerum sacrarum - - -, Joannis Eliae Leopoldi
Herranti - - - disputationi inaug. - - - praemissum.
- 12^{act} Hertelius, Joh. Frider.: De jure glandis legendae. 2 Sampl. 18
13. Hertelius, Jo. Frider.: De genuinis ~~et~~ sensu legis C. 1.
De verb. riga.
- 14^{act} Hertelius, Jo. Fredericus: Programma inaug:
quo representatur imperator vel pontifex et episcopus
num, Joannis Jacobi Schmarzji, Disputationis inaugurali
- - - praemissum. 2 Sampl.

1736

15. Hertogius, Georgius Ludovicus: Consultatio . . . de questione: An hereditas iuvitatio, legatis praemissis, valeat verbis: Favoleus reliqua omnia bona lego?, quam publicavit, quum ad Disputationes de elementis juris civilis, a . . . Joh. Gottl. Heinzeis . . . conscriptis . . . audividas . . . invitasset.

16. Kemmerichius, Diet. Helm: De judiciis nunciaturae, quam vocant, apostolicae in Germania ad Capit. Caes. Art. 14.

17. Kemmerichius, Diet. Helm: Programma: De iure foresti nobilitatis imp. immunitatis . . . competente, Dissertationi . . . Iusti Georgii Heuseri . . . praemissum - 2 Exempl.

18. Kemmerichius, Diet. Helm; Coll. jus. prodecaus: Programma: De feode testamentorum . . . diversis; Dissertationi inaus. In. Caroli Langguthii . . . praemissum.

1736.

19. Kunmerichius, Diet. Hermannus, Fac. jur. decanus:
Programma: de iusto causarum vere praesum favore
Dissertationis inaug. . . Georgii Philippi Ruppelii.

praemissum.

20. Schaumburg, Ioannes Gottfried: De ficto ietorum veterum
duplici officio, praefatus, et audientiam orationem
... invitat, qua professionem juris ordinariam
arti . . . mandata . . . aspicabitur.

21. Schaumburg, Io. Gottfried: De natura privilegiorum
tam gratiosorum quam consuetudinariarum.

22. Wartyus, Fr. Christianus: De bonis solidorum Brunsv.
censuram et Lunenburgensium eorumque essentialibus et
naturalibus.

23. Wedelias, Ioannes Christophus, Fac. med. decanus: Proseptica
inaug: de meliori modo parandi embolus hydraulicorum
alim communicatum (actus solenni Augusti Casperi Loeschelii
praemissum).

770

1736, 4

5

A. D. G.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN-
GARIAE ET GVESTPHALIAE COMITE SAYNAE
ET WITTTGENSTEINII RELIQA

**PONTIVM REGIO-
RVM IVRA.**

CONSENTIENTE ILL. ICTORVM ORDINE
SVB PRAESIDIO

IO. RVDOLPHI ENGAV, I. V. D.

PRAECEPTORIS SVI FIDELISSIMI

AD D. VII. APRIL. M DCC XXXVI.

DEFENDET

A V C T O R

FRIDR. ANDR. GOTTLIEB. GNUGE,
IENENSIS.



IENAE LITTERIS IO. FRID. RITTERI.



LECTOR
GOTTFRIDUS
IO. HARTMANN
KÖRNER
IO. R.
DIESE



V I R O
PER-ILLVSTRI ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO
IO. HARTMVTH
GAERTNERO

SERENISSIMO DVCI SAXO-ISE-
NACENSI A CONSILIIIS SANCTIORIBVS
CANCELLARIO NEC NON SVPREMI
CONSISTORII PRAESIDI

DOMINO PERQVAM
GRATIOSO

CVIVSVIS GENERIS PROSPERITATEM
EAMQVE PERPETVAM!

VIR PERILLVSTRIS ATQVE EXCEL-
LENTISSIME,
DOMINE PERQVAM GRATIOSE,



IDES TVA quam sancta est
erga patriæ Patrem cle-
mentissimum omnes ac
singuli sciunt, cura quam
indefessa promouere stu-
des reipublicæ salutem,
neminem fugit, quantopere litteratos fo-
uere iisque longe licet inferioribus doctri-
na

na TVA sane eminenti fauere soles, dici uix
potest. Nullus hinc inde est, quin ista in
TE admirètur, omnes TE uenerantur, tot
ciues ad TE confugiunt, tot musæ in clien-
telam se conferre TVAM defudant elabo-
rantque. Hæc & alia plura, singularia nempe,
quæ in fratrem meum iam collocasti
patrocini pignora, hæc, inquam, in cau-
sa sunt, meam quoque in TE pietatem cur
publice profiteri obstrictissimum me iudi-
cem, curque hunc libellum, ut deuotionis
meæ documentum, TIBI consecrare au-
deam. Exile quid est, negare haud possum,
NOMINI TVO PERILLVSTRI ut inscribatur,
non meretur, confiteor: Verum enim uero
magna licet magni iure meritoque deside-
rent, parua tamen cum non respuant, in-
tentionem siquidem offerentis non rem re-
spicientes, spero fore, ut has etiam plagu-
las pro insigni TVO fauore accipias beni-
gnissime. Istas itaque TIBI, MAECENAS
PERQVAM GRATIOSE, do dico & offero,
ut conspicias eas pro miranda TVA gratia
nutu gratioso, digneris summa TVA bene-
uolentia eum, qui in numerum clientum
TVORVM ut recipiatur, uerbis orat suppli-
cibus. Quæ si feceris, uti confido, lætissi-
(2 ma


ma mihi contigisse, persuasus sum. Cæterum Numen benignissimum ardentissimis efflagito precibus, uelit TE inter tam ardua primi in aula Ducali ministri negotia saluum seruare incolumemque, largiatur TIBI seros annos, quo tanquam gaudium magni Principis, tanquam solatium ciuium, litteratorum autem emolumentum incrementumque, uitam uiuas longissimam. Sic uoueo cum omnibus bonis ciuibus, qui sum

VIR PERILLVSTRIS ATQVE EX-
CELLENTISSIME,

DOMINE PERQVAM GRATIOSE,
PERILLVSTRIS NOMINIS TVI,

Culcor deuotissimus

FRIDER. ANDR. GOTTL. GNVGE



DISSERTATIO IURIDICA
DE
PONTIVM REGIORVM
IURIBVS.

§. I.

PONTES, de quorum iuribus disputaturi sumus, nobis non dicuntur omne illud, per quod aquas & loca paludosa transire licet, *sed tramites super aquas & paludes eum in finem aggerati, ut via utrinque continetur, seu structura loco invio super impendens, ad commodum ultro citroque commoantium facta.* Itaque a nobis, lector benevole, non expectes uelim deductionem quandam illius, quod iustum est circa pontes arrectarios, subductiles, nauales, pontones, scalas nauales uectoribus inferuientes, monoxyla, aquæductus, tabulata nauium, multo minus moeniana, structuram flumini ad lauandos pannos impositam, aut alia, quæ quibusdam Dd. pontium nomine uenire solent.

Pontes.

A 2

§. II.

§. II.

accedunt
uiis quas
continuant

Quia pontes continuant uias (§. I.) & sic ad harum usum, eumque perpetuum faciunt: propterea non dubito, quin his accedant illi. Quandoquidem uero, quod inter omnes constat, accessorium sequitur principale suum: licebit (1) pontium *nomen & iura* a uiis, quas continuant, repetere *a*), & (2) quia uia uel regales, uel uicinales, uel priuatae sunt, *pontes in regios, uicinales & priuatos* dispescere, atque (3) quod ex eo sequitur, negare, pontes omnes ad regalia pertinere, omniumque eadem esse iura.

a) STRYK. d. de iur. pont. c. I. n. 63. seq. c. z. n. 6. seq.

§. III.

Non locis
impositis
quibus im-
positi.

Pontes ad flumina aut loca paludosa, quibus impositi sunt, pertinere eaque sequi, cur cum quibusdam statuam, certe non est. Nullam enim legem, nullam consuetudinem, quae illud loquatur, me cognoscere memini. Destinationem nemo cogitabit, qui perpendit ad rationem, pontes fere nihil commodi adferre fluminibus locisque paludosis, quibus sunt traecti. Denique coherentia ne quidem fingi potest. Et si hanc inuita Minerua fingeres, tamen illud adhuc obstabit tibi, non omnem rem statim esse rei, cui cohaeret. b)

b) 245. π. de V. S.

§. IV.

Hinc 1) ea quae in ponte sunt peracta, in ipso flumine facta censere, aut (2) eundem illum, cui iurisdictio criminalis in aqua subterfluente competit,

petit, criminum in ponte commissorum iudicem habere, aut 3) iis, qui omne quod circa delicta in nauibus commissa statutum legunt, ad crimina, quæ mali in pontibus peregerunt, applicant, c) suffragari, nequeo.

c) STRYK. c. d. c. V. n. 4.

§. V.

Quum pontes non ad loca inuia, quæ iis ^{Vnde pons} continentur, (S. III.) sed ad vias, quas continuant, ^{regius} (S. II.) accedant: 1) pontium quemque descriprurus viam, quam continuat, attendo, nulla ratione fluminis, quod eo continetur, habita. Vnde *pons regius*, *Kriegs-Geleits-freye-ohne-gemeine-Haupt-Brücke* mihi erit is, qui vias regias utrinque iungit; *vicinalis*, qui viam vicinalem & *privatus*, qui viam priuatam continuat. Quid vero per viam regiam, vicinalem & priuatam intelligatur, lubens prætereo, quum vel dupondii illud sciant.

§. VI.

Ex eodem porro constabit, 2) cur non omnes ^{cuiuscunque} flumini regio impositi pontes, quod quotidiana ^{flumini im-} docet experientia, omnibus ac singulis pateant, ^{positus} sed 3) sæpe pontibus vicinalibus & priuatis flumina regia, contra regis pontibus flumina priuata & vicinalia iuncta uideamus. d) Scimus enim dari flumina regia iuncta pontibus, quibus solus utitur princeps. Nemo nescius est, quam sæpe ciuitates, immo priuati flumen regium transiiciant pontibus, ut pecora ad pastum abigere & fructus aduehere possint, e) quis uero eiusmodi pontes dicet regios?

A 3

d) AHASV.

- d) AHASV. FRITSCHE, de iur. pont. c. 3. n. 14.
 e) Ex multis exemplis pontem Riedensem adducere iuvat, quem duo fratres de Loewen ex concessione Sigismundi Imperat. ad id exstruxerunt, ut sues trans Danubium mittere possent. Litteras Imperatorias fasilit BESOLD. thes. pract. v. *Brücken- und Sieg-machen*.

§. VII.

via regalis
iura partici-
cipat.

Pontes participant iura viarum quas continuant. (§. II, 1.) Vnde non potest non cæteris paribus idem iuris esse circa pontem regium, atque de uia regali nos docuerunt. IO. VOLCKM. BECHMANNVS, f) H. COCCEII, g) AHASVER. FRITSCHEVS, h) AVG. LEYSERVS, i) G. A. STRVVIVS, k) CASP. ZIEGLERVS. l)

f) d. de iure viarum.

g) d. de regali viarum publicarum iure Vol. I. d. 34.

h) tr. de regali viarum publ. iure. Ien. 1662.

i) d. de uia regia Lusatiæ superior. Vr. 1732.

k) d. de iuribus viæ regalis.

l) de iuribus maiest. II, 17.

§. VIII.

Itaque
princeps
regium
pontem.

Sunt autem hæc: 1) quod viarum regiarum dominus & curator princeps sit, 2) quod viæ regiæ gaudeant sanctitate, & 3) tantæ latitudinis esse debeant, ut currus currui cedere possit. Hinc de pontibus regiis hæc tradere nobis licebit axiomata:

- I. Princeps pontium regionum dominus & curator est.
- II. Pontes regii in ea sint latitudine ut currus currui cedere possit.
- III. Iurisdictio in via continuata continet iurisdictio-
nem in ponte.
- IV. Pontes regii sanctitate sunt muniti.

§. IX.

§. IX.

Quia pontes regii ad principem spectant ^{alienare} (§. VIII, F.) sequitur 1) ut hic eos in quem & quo modo velit transferre, & translationi leges scribere possit. Vnde non mirum, si 2) in externos pariter atque ciues 3) modo pure, modo sub conditione, 4) mox oneroso, mox lucratio 5) titulo, 6) nunc expresse, nunc tacite pontes regio translatos esse legimus. Tacita istorum translatio hæc est, quando princeps adeo fuit negligens, ut plane non impediuerit, quo minus alius pontis regii dominium legitima possessione sibi tribueret.

m) Sic Ericus Archiepisc. Magdeb. pontem Calbensem dono dedit istius loci magistratui. vid. CAR. CHR. SCHRAMM *Hist. Sebauplatz der merckwürdigen Brücken* app. dipl. n. 88.

§. X.

Ex eodem porro constat 2) principem posse ^{mutare &} immutare faciem regionum pontium, dum suo satisfaciat officio. Quod quia commercia promoveri iubet, hæc autem impediuntur, si locis inuis vel nulli vel illi deprehendantur pontes, per quos iter commode & mature fieri nequit; eo haud procedit principis potestas, ut pontes iusto angustiores reddere, aut in utilitatem imaginariam uertere, multo minus plane destruere possit.

§. XI.

Denique ex eodem fluit 3) principem de pontium ^{illius usum concedere potest.} regionum usu pro lubitu disponere posse. Hinc alios ab eo plane arceri, alios sub certis, alios sine vllis omnino legibus ad eum admitti, quotidie experimur. Negatur plerumque ^{istorum}

istorum usus hostibus, proditoribus patriæ, transfugis, desertoribus, bannitis, cingaris. *n*)

n) FRITSCHE, de regali iur. publ. iure c. 7.

§. XII.

pro ponti-
catico

Lex præcipua, quam pontem regium transeuntibus ponunt principes, hæc est, ut aliquid pro usu pontis soluant. Quod *pontaticum*, *Brückengeld*, audire, & antiquissimis iam temporibus obtinuisset, tam certum est quam quod certissimum. *o*)

o) Hoc enim iam loquuntur capit. Caroli M. de A. 803. ap. BALZIVM Tom. I. f. 402. *Ut nullus homo consumat teloneum in vlllo loco accipere, nisi vbi antiquitus PONTES CONSTRUCTI SVNT &c.* Capit. libr. III. c. 12. ubi verba: *De teloneis placet nobis, vt antiqua & iusta telonea a negotiatoribus exigantur, tam de PONTIBVS, quam nauigiis.* libr. IV. cap. 47. *tributa & telonia in media via, vbi nec aqua, nec palus, nec pons, nec aliquid tale, VNDE IVSTE CENSUS EXIGI possunt - - auferantur.* vid. HIERON. BIGNONII not. ad app. Marculfi ap. BALVZ. Tom. II. f. 965. & ap. GOLDAST. Const. Imp. Tom. III. f. 250.

§. XIII.

quod a
guidagio

Fallor aut ex eo, quod pro usu pontis pontinegium soluatur (§. XII.) cognosci potest, 1) hoc & guidagium, seu pensionem illam pro securitate & saluo conductu præstari solitam, *das Geleite*, *p*) inter se differre, atque 2) eum qui portorium exigit, saluum conductum neutiquam promississe, ideoque damnum, quod pontem transeuntibus dederunt mali, refarcire non teneri.

p) KLOCK. de contrib. c. 1. n. 295.

§. XIV.

§. XIV.

Si quis quaestionem adferre velit: Quidnam & uectigali
 esset illud, quo pontiuegium differret a uectigali in specie sic
 speciatim ita dicto? in eo differre sciat, quod 1) *hoc* dicto differre
 mercium inuectarum euectarumque qualitatem atque
 pretium respiciat, *illud* uero ad solum pontis
 usum dirigatur, 2) quod *hoc* locupletio-rem red-
 dat fiscum, *illud* autem sumtus tantum ad pontium
 refectionem necessarios suppeditet.

§. XV.

Quandoquidem pro eo, quod pontem transi- & quisquis
 re liceat, soluitur pontinagium (§. XII.): sequitur pontem
 1) ut principi, eiue qui in illius successit iura, illud transcat,
 soluere debeant, quotquot regio ponte sint usuri
 secundum illud: *vom Brückengeld ist niemand frey, q*
 non autem 2) qui ponte regio uti uel *nolunt*, quum
 flumen facile permeari queat, *r*) aut derelictus sit
 alueus, *s*) uel *nequeunt*, dum pons destructus est, *t*)
 uel ruinam minatur, aut totus reficitur *u*); 3) ut,
 restituto pontis usu, reuiuiscat ius pontiuegium
 exigendi ab omnibus, ponte usuris, nisi pons ob
 delictum destructus, & clam restitutus fuerit.

q) HERT. epidip. par. 19. PISTOR. cent. 4. par. 77. p. 267.
 S. Land-R. libr. 2. art. 27.

r) Capitul. lib. III. c. 54. apud BALVZIVM Tom. I. f. 764.
*Vt nullus cogatur ad pontem ire ad flumen transeundum
 propter telonei causas, quando ille in alio loco compendio-
 sus illud flumen transire potest. Eo quoque tendunt
 Capitul. III. 45. IV. 31. ap. BALVZ. c. l. f. 783. Vbi necesse
 non est, fluium aliquem per pontem transmeare - -
 teloneum non detur. Et nemo cogat alium ad pontem ire*
 B *vbi*

ubi iuxta pontem aquam transire potest. Quam eandem thesin probat FAUST. ab ASCHAFFENBURG conf. pro arario conf. 69. h. v. *Was Gestalt es mit dem Zoll gehalten werden soll, sind sonderbahre Ordnungen im Reich publiciret worden. Nemblich daß man auf freyer Land-Strasse, da kein Lachen und Brücken ist, it. auf freyen Wassern, da man unter Brücken könne hinfahren, und dieselbe nicht brauchen dürffe, keine Zollstätte aufrichten, anstellen, noch Zoll weder nehmen noch geben soll. Nobis nec obstat illud, quod uiam deuiam quaerere non liceat, ut uectigal defraudetur; quum pontuegium & uectigal in specie sic dictum differant (§. x.v.)*

- *) An hoc in casu pontis domino liceat flumen sequi, & pontem, pedagii exigendi causa, alibi extruere, disputant inter se NOA MEVRER tr. vom Wasser-Recht p. 111. KLOCK de uectigal. th. 73. & BOCERVS de regalibus n. 138. Equidem inter principem & alium pontis dominum distinguerem illumque non uero hunc flumen sequi posse statuerem.
- *) KLOCK. de arario II, 77. 28. A. FRITSCH, c. d. c. 4. n. 21. ZIEGLER. de iur. maiest. II, 20. §. 9.
- 2) STRYK. c. d. c. 6. n. 11.

§. XVI.

est eius

Quum quisquis, qui transit pontem, debeat pontuegium soluere (§. xv, 1.) nullam a) *incolatus*, b) *dignitatis ecclesiasticae*, c) *nobilitatis*, aut d) *immunitatis a uectigalibus* rationem habendam, sed incolam æque portorii debitorem esse censeo atque peregrinum. Illud tamen inficias ire nolo, peregrinos plerumque plus soluere debere ac ii, qui locum, ubi pons apprehenditur, incolunt.

§. XVII.

§. XVII.

Iam olim varia fata sustinuerunt *clerici*, quum ^{clericus} principum alii, metuentes, ne ex communione ecclesiastica eicerentur, noluerint, alii præceperint ab iis, pontem transeuntibus, aliquid exigi. Temporibus speculatorum *) immunes haud erant a pontatico. Postea vero quibusdam in locis uel gratis, uel soluta certa pecunia ab eo immunes facti sint.

*) Sax. libr. II. art. 27. Pfaffen und Ritter, und ihr Gesinde sollen Zoll-frey seyn. So soll auch jedermann Zoll-frey seyn, er fahre, reite oder gebe, wo selbiger eines Schiffes oder Brücken nicht benöthiget. Sueu. art. 130. ed. SCHANNAT. Pfaffen und Richter und all ir gesind, und ir gut, dy soln wegen Zolles frey, wo nit ist prukke und scheff. Wer yemane daruber zollet, der tut wider recht, aut, ut in aliis legitur exemplaribus editis c. 214. Pfaffen und ihr Gesind sollen Zoll-frey seyn, sie fahren, reiten oder geben, wenn sie Schiffis und Brücken nicht bedürffen.

§. XVIII.

Licet *nobiles* immunes a pontagio statuatur, uerbaque speculi Saxonici: *sie fahren, reiten oder geben*, ^{nobilis} *wo sie Schiff und Brücken nicht bedürffen*, tanquam ex imperitia librariorum adiecta & superflua tolli debere putet LEYSERVS †); tamen quotidiana nos docet experientia, nobiles in prouinciis fere nullis, ubi pontes transeunt, a pontatico, licet a uectigali, immunes esse.

†) d. de Equit. Saxonie. iuribus singular. §. 32.

§. XIX.

Nec a *uectigalibus*, ex qua causa uelit, *in genere liberatus*, liber & immunis est a pontatico. *) In ^{aut uectigalibus in genere leuatus} causa

B 2

causa hoc est, quod pecunia, quæ pro transitu pontis soluitur, uectigal proprie dici (§. xiv.) ideoque ad eam priuilegium, quo quis ab omnibus uectigalibus leuatus est, extendi nequeat, quum, quod ad unum sciunt omnes dupondii, nulla ad exemplum trahi oporteat priuilegia, nec immunitas ab eo uectigalium genere concessa uideatur, ad quod ea speciatim non est directa. *)

2) STRYK. c. d. c. 4. n. 65. seq.

*) KLOCK. de contrib. cap. xvi. n. 48.

§. XX.

dummodo
docere ne-
queat spe-
ciale priui-
legium.

Speciali itaque immunitatis priuilegio testimonio, *mit eimen besondern schriftlichen Paß, Cammer-Paß* munitus esse debet, qui uult esse liber a pontatico soluendo. a) Ab hoc immunitatis testimonium dari solet iis omnibus, qui mandata principis executuri peregrinantur, sint præfecti, milites uel quicumque alii.

a) SCHRAMM c. l. sect. 1. c. 2. §. 16.

§. XXI.

Vi priuilegii *alii*, quemcunque transeant, *alii* ubi hunc uel illum transeunt pontem, a pontatico immunes sunt. *In illis* cursus publicos tam ordinarios, quam extraordinarios esse, tam mores totius Germaniæ, b) quam speciales quarundam prouinciarum LL. loquuntur. Ex quibus legem Saxonicam sæpius iteratam iam laudasse sufficiat. c)

b) LVD. VON HOERNIGK tr. deregali postar. iure c. 18. th. 4.

c) Vid. Reser. FRIDERICI AVGVSTI d. 21. Mai. 1707. d. 9. Mai. 1708. ap. SCHRAMM c. l. *Ubrkunden* n. 37. 38. *Churf. S. Post-Ordn.* d. 17. Jul. 1713. ubi uerba: *daß sämtliche Ordinar. und Extra-Posten, so an Lærrée, gewöhnlicher Schnü-*

re, Horn und Schild zu erkennen, von Brückengeld befreyet
sey n sollen.

§. XXI.

Indicem eorum, qui, a pecunia pro huius vel
illius pontis transitu soluenda sunt immunes, dare
nequeo noloque, illud tantum moniturus, dari
uniuersitates ciuitatesque, quibus immunitas illa
obtigit hac lege, ut singulis annis stato die aliquid
soluant, faciantue, eam quasi redempturi. Huc
pertinent *quinquaginta illi nouem pagi, urbem Eilen-*
burgensem circumiacentes, d) qui minutum aliquem
nummum, singulis annis, die S. Stephani, hora
quarta matutina soluere, eoque pontaticum, alia-
que onera ui priuilegii, quod illis dedit FRIDERI-
CVS BELLICOSVS *e)* redimere solent. Habeas
itaque causam, cur dicantur *Brückenscherffer.*

d) Qui illi sint, refert SIMON Eilenb. Chron. p. 535. seq.

e) SCHRAMM c. l. sect. II. c. 6. §. 7. f. 133.

§. XXIII.

Norimbergenses, Bambergenses, & Worma-
tienes ciues an solennitate illa, quae dicitur *das*
Pfeiffergericht, simul pecuniam pro transitu pontis
Francofurtensis soluendam quasi redimant, nec
ne, me cum ignaris scire profiteor. Omnes enim,
qui istius solennitatis mentionem faciunt, *f)*
sequuntur LVDOV. ab HOERNIGK, *g)* qui pontati-
ci plane non meminit. Verba enim ab amico
sibi facta habet hæc: *Das Pfeiffer-Gericht ist ein sehr*
altes Herkommen, und hat den Nahmen dabey, weil die
drey Städte Nürnberg, Worms und Bamberg (doch allein
die alte Stadt) jährlich in der Herbst-Messe den nech-
sten

ßen Gerichts-Tag vor Mariä Geburt, vor sitzendem Gerichte von des H. Reichs und Stadt - Gerichts Schultheissen, als zu dessen Amt solches von Alters her gehörig, ihre Zollfreyheiten, so sie allhier zu Franckfurt haben, mit Pfeiffern abbolen müssen. Gegen solche Zollbefreyung geben obbemeldte drey Städte und jede besonders dem Schultheissen einen weissen hölzernen Becher, ein Pfund Pfeffer, einen alten weissen Biberhut, zween weisse Handschuh, und ein weiß Stäblein. Den Hut oder Filtz, welchen Worms allein giebt, lösen sie jedesmahl mit einem Goldgülden wieder aus, und verbleiben solche Stück des Schultheissen. Die Pfeiffer unterhält allein die Stadt Nürnberg, hergegen geben die andern Städte derselben jährlich ein gewisses, und hat vor Zeiten jede Stadt ihre eigene Pfeiffer gehabt.

f) SCHRAMM c. l. sect. III. c. 16. GEIER, obseru. ad ius & antiq. Germ. v. Pfeiffer-Gericht.

g) tr. de regali postarum iure c. XVIII, theor. 10.

§. XXIV.

qui neque
expresse

Immunitas licet, quæ in contractum abiit, seu benemeritis uel pretio adquisita est ^{b)} reuocari aut ullo pacto infringi nequeat, ^{c)} ne quidem a concedentis successore, ^{d)} tollitur tamen ubi illius causa cessat, uel tempus, ad quod data, præterlapsum est, aut quis sibi datæ renunciat. Siue expresse siue tacite fiat renunciatio, perinde est secundum illud barbarum MODESTINI PISTORIS ^{e)} aliorumque enunciatum. Quicquid est quasibile privilegio, est etiam quasibile præscriptione; contra, quicquid est amissibile pacto, est etiam amissibile præscriptione.

^{b)} KLOCK

- b) KLOCK. de contrib. c. xvi. n. 178. seq. n. 190.
 i) Id. c. l. n. 147.
 k) Id. c. l. n. 177.
 l) Vol. i. conf. 4. n. 30.

§. XXV.

Tacite autem immunitati a pontatico renun-
 ciat is, qui exactum 1) sponte 2) per tempus lege
 definitum soluit. Hinc qui coactus aut protesta-
 tus, uel sponte quidem, sed non per tempus lege
 definitum, pontaticum soluit, suæ ipsius immuni-
 tati ab eo, non renunciaffe, *m*) sed in eo tantum,
 quod soluit, sibi præiudicium fecisse uidetur. Proin
 nullus dubito, quin exceptionem immunitatis op-
 ponere possit ei, qui in pontatico exigendo sibi
 continuandum esse iudicat.

neque ta-
 cite renun-
 ciatum est,

m) KLOCK. c. l. n. 203. 207.

§. XXVI.

Quærent: si tota uniuersitas immunis a pe-
 dagio, an actus huic contrarii, ab hoc uel illo uni-
 uersitatis membro suscepti, ipsi noceant uniuersita-
 ti? Equidem eos uniuersitati non nocere puta-
 rem, quum inter omnes constet, quod quis suis
 non autem aliorum iuribus factio suo præiudicium
 facere possit. Quodsi uero in eiusmodi actus
 conferret uniuersitas, huic nocere eos, quis
 dubitabit?

§. XXVII.

Quoniam pontaticum soluitur pro usu pon-
 tatis, (§. XII.) hic autem uariat 1) pro uaria rerum
 transportandarum grauitate: constat a) cur non
 eadem pontatici sit quantitas, ubi res diuersæ gra-
 uitatis

pro rerum
 transpor-
 tandarum
 grauitate

uitatis pontem transeunt; b) cur plus pro equi & bouis, quam pro hominis & ovis transitu, exigi soleat; cur c) plus soluere debeat, qui onustum, quam qui uacuum transfert uehiculum; d) cur inter onusta uehicularum, tunc demum distinguatur, diuersumque obtineat portorium, si grauitas eorum nimium uariet.

§. XXVIII.

& sumtibus
ad pontem
conseruan-
dum neces-
sariis

Dein 2) pro uarietate sumtuum, quod cuiusque pontis requirit conseruatio, illius usum uariare, in aprico est. Hinc dabis facile mihi, ut pro pontium a) diuersæ longitudinis & b) diuersæ rapiditatis fluminibus impositorum usu, diuersum portorium solui debere, statuam, licet eadem res transportentur.

§. XXIX.

uarium

Quantitatem uero pecuniæ pro huius uel illius pontis transitu, hoc uel illo casu soluendæ determinat princeps, non tamen quam uelit, sed usui, quem hominibus rebusque transeuntibus pons præbet (§. xxvii.) & sumtibus ad pontem conseruandum necessariis (§. xxviii.) proportionatam, adeoque uariam. ^{u)} Quam proportionem si negligere uelit princeps, non pontaticum, (§. xii.) sed uectigal (§. xiv.) determinabit, quod tamen nullus statuam Imperii imponere uel augere potest, nisi consensu Imperatoris & Electorum in conuentu declarato. ^{o)}

^{u)} Quod taxationum pontatici tabulæ, *Brücken-Rollen*, satis superque loquuntur, uid. *Grimmenses* apud SCHRAMM. c. l. app. n. 82. *Dresdenses* apud Eund. c. l. n. 28. *Misnenses* apud Eund. c. l. n. 72.

^{o)} Capit.

- o) Capit. FERDINAND. III. art. 20. LEOPOLDI art. 22. CAROLI VI. art. 8. Iam olim principum consensu in imponendis uectigalibus, uel impositis augendis, fuisse opus, nos docent FRIDERICVS, qui teloneum Cleuense, quo minus exigeretur, ea prohibuit de causa, QVOD SINE CONSCIENTIA ET CONSENSV PRINCIPVM IMPERII FACTA EVERIT CONCESSIO. (Vid. SANDE confuet. Gelr. Tom. II. tit. I. c. 5.) atque FRIDERICVS IV. qui a. 1468. Episc. Herbip. ius concessit uectigal aliquod exigendi. In diplomate enim, quod super concessione confici curauit, his usus est uerbis: *ex certa nostra scientia SANOQVE PRINCIPVM, COMITVM, BARONVM & NOBILIVM NOSTRORVM & IMPERII SACRI FIDELIVM, ACCEDENTE CONSILIO, ac iustis sufficientibus ac rationalibus causis.* Vid. LVNIG R. A. contin. t. p. 336. nid. SPENERI *Teutschb.* ius publ. libr. II. p. 85.

§. XXX.

Ex quibus omnibus (§. xxvii. seqq.) satis superque constat, pretio rerum transportandarum neque augeri, neque minui pontaticum. Vnde causa deest, 1) cur mercium transportandarum qualitas speciatim significari debeat; 2) cur merces, quas quis professus non est, aut pro quarum transitu nihil soluit, quum tamen debuerit, in commissum cadant & a fisco occupentur. p) Nulla lex germanica poenam commissi hoc in casu unquam statuit. Itaque frustra querere uidentur mihi: *an poena commissi adhuc obtineat hodie? vectoris tantum, an simul aliena res in commissum cadant?*

p) ZIEGLER. de iurib. maieft. II. 10. §. 9.

q) COTHMANN. vol. V. consil. 47. COLER. dec. 190. aliique.

§. XXXI.

Poena potius, quam sua fraude dignam uector, pontatici fraudator, soluere debet, quadrupli est pecu-

pecuniæ alias pro transitu solui debita. r) Quorundam vero locorum praxis pœnam dupli furrogauit.)

r) I. P. S. libr. II. art. 27. Wer Brücken-Zoll, oder Wasser-Zoll verfähret, der soll ihn vierfach gelten.

s) BOGER. de regal. c. 2. n. 216.

§. XXXII.

quæstoribus

Domum prope pontem, ad pontaticum eo melius exigendum, exstructam inhabitant, quibus pontatici exactionem demanduit princeps. Sunt autem uel *administratores*, uel *conductores*. Quique sint, 1) quæ ad pontem conseruandum pertinere intelligunt, studiose diligenterque curare, 2) pontatici quantitatem a principe determinatam, neque augere neque minuere, nec 3) illius fraudatorum uni alteriue, ullo conuiuere pacto, sed 4) ab omnibus pontem transeantibus, specialiter non priuilegiatis (§. xx. seq.) pontaticum, & 5) si hoc fraudauerint, multam exigere, atque 6) quicquid exegerunt, accurate consignare debent. *Administratores* præter hæc iurato quoque polliceri debent 7) se, quicquid portorii nomine accepturi sint, in rationes fideliter relatueros, easque 8) suo modo & tempore reddituros, atque 9) curatueros & prouisueros esse, ne quis aliquid pecuniæ pro transitu pontis exactæ surripiat furto. t)

t) Quæ quoque obseruata uides in iuramentorum formulis, quas sinit SCHRAMM. c. l. app. n. 27. 68. 70.

§. XXXIII.

uel conducto-
ribus
soluere de-
bent

Conductores uero præter ea, quæ (§. præc. n. t. 6.) adduximus, promissam mercedem statim tempore soluere, & interim satisfacere debent. Super quibus

quibus omnibus confici solet instrumentum, cuius formularia nobis exhibet sæpe laudatus SCHRAMMIVS. ^{u)})

^{u)}) c. l. app. n. 78.

§. XXXIV.

Quod pontes territorij sui regios princeps ^{Pontis in} alienare queat, diximus. (§. IX.). Iam uero quum ^{ciuem facta} quamuis alienationem stricte interpretari soleamus: ^{alienatio} non possumus non illud statuere, quod 1) princeps cum ponte regio, quem concessit ciui cui-dam, iurisdictionem in eo, aut ius pontaticum exigendi simul concessisse non præsumatur; 2) quod qui iuri pontaticum pro quarundam rerum transitu exigendi præscripsit, ab omnibus pontem transi-turis, illud exigere nequeat.

§. XXXV.

Ex eadem causa 3) dubitamus fore, qui do- ^{Ariste}minium pontis regii, quod in ciuem quendam transtulit princeps, in regalibus adhuc esse, & 4) una cum dominio omnem ^{ἐπιτοκοτην} curamque, quæ ex superioritate promanat, translata iudicent. ^{x)})

^{x)}) ZIEGLER, de ier. maiest. II. 16. 4.

§. XXXVI.

Quæ quum ita sint, potest princeps 1) prohi- ^{saluaque} bere ea, quibus pontes a se in priuatos alienati ^{cura circa} redduntur deteriores, nec minus 2) eos a glacie & ^{eum} impetu aquarum defendi, & 3) si qui uetustate, aut vi fluminis fuerint rupti, reponi, speciatim 4) li-gneos sæpe purgari, nec 5) eos faces ardentis transportari, iubere.

C 2

§. XXXVII.

§. XXXVII.

pontati-
cumque in-
terpretanda
est

Ex eodem (§. xxxv) porro fluit, principem eum, in quem pontem regium transtulit, 6) prohibere posse uersione pontatici exacti in aliam rem atque cui destinatum est, 7) ad rationes reddendas, poenamque luendam citare, si a) proprio ausu pontaticum auxerit, auctumque a transeuntibus exegerit, aut b) ad personas resque immunes extenderit.

§. XXXVIII.

Quam
quoque cu-
ram Reges
Francorum

Quæ quoque suæ potestatis, suarumque esse partium probe cognouerunt Pipinus, 1) Ludouicus Pius & Lotharius, 2) Carolusque Caluus, a) Francorum Reges. Iterum enim iterumque uoluerunt, missos suos curare pontes suo tempore refici, nec plus iusto solitoque pro transitu pontis exigi.

1) Apud GOLDASTVM Const. Imp. Tom. III. f. 162. ubi uerba: *Considerauimus, ut uia, portus & PONTES infra regnum nostrum, in omnibus pleniter EMENDARI DEBEANT, per illa loca, ubi iam antea fuit consuetudo. Quæ eadem fere uerba sunt ap. BALVZIVM Capit. Tom. I. f. 537. Huc quoque pertinet cap. xx, ap. BALVZ. c. l. f. 546. cuius uerba hæc sunt: *Ut de restauratione ecclesie ET PONTE FACIENDO, aut strata restauranda omnia generaliter faciant homines, ut antiqua consuetudo fuit.**

2) Capit. in comitiis Theodonis Villanis cond. c. 20. h. v. *Ut ubi PONTES antiquitus fuerunt, & in his locis, ubi tempore genitoris nostri ipso iubente diuersarum necessitarum causa facti, omnino ABSQVE VLLA DILATIONE AB HIS, QUI EOS TVNC FECERVNT, RESTITVANTVR & RENOVENTVR, ita, ut ad MISSAM S. ANDREAE RESTAVRATI fiant, nisi sorte aut ipsa operis magnitudo, aut aquarum in quolibet inundatio hoc prohibeat.*

beat. Aliter vero nullus qualibet occasione hoc negligere aut differre praesumat, quin AD PRAEDICTVM TEMPVS COMPLETVM FIAT, & MISSI nostri, quorum superius mentionem fecimus, volumus, ut RENVTIENT, IN QVIBVS LOCIS NOSTRA IVSSIO IMPLETA, IN QVIBVS NEGLECTA EST, aut aliqua impossibilitate vel certa ratione dilata. uid. BALVZ. Tom. I. Capit. f. 639. 741. GOLDASTVM c. l. Tom. III. f. 246. Sic quoque A. DCCCXXVI. disposuerunt: DE PONTIBVS PVBLICIS destructis placuit nobis, si qui iussionem nostram in REPARANDIS contempserint, volumus ac iubemus, ut omnes homines nostri in nostram veniant praesentiam, rationes reddere, cur nostram iussionem ausi sunt contemnere. COMITES AVTEM REDDANT RATIONEM DE EORVM PAGENSIBVS CVR EOS AVT NON CONSTRINXERVNT, VT HOC FACERENT, AVT NOBIS NVNTIARE NEGLEXERVNT. Similiter & DE INVISTIS TELONIIS, ubicunque accipiuntur, sciant se exinde nobis rationem reddituros. uid. BALVZIVM Tom. I. f. 668. GOLDASTVM Tom. III. f. 264. 268. Eo quoque tendunt Capitul. Aquisgr. IV. c. 8. & V. c. 17. ap. BALVZIVM Tom. I. f. 612. 617. 788. GOLDASTVM Tom. III. fol. 250.

a) Apud BALVZIVM Tom. I. f. 776. De omnibus PONTIBVS per regnum nostrum FACIENDIS in commune MISSI NOSTRI ADMONEANT, ut ab ipsis RESTAVRENTVR, QUI EOS FACERE SOLEBANT & Tom. II. f. 69. DE PONTIBVS RESTAVRANDIS, videlicet vt secundum Capitularia aui & patris sui, VBI ANTIQVITVS EVERVNT, resciantur ab his, qui honores illos tenent, de quibus ante pontes facti vel restaurati fuerant.

S. XXXIX.

Quod idem illud Henricus VII. b), Fridericus II. c), Sigismundus d) & Imperatores alii eos

C 3

& Imp. sub-
sequentes
suscep-
subse-
runt

subsecuti, bene curauerint, constitutionum imperatoriarum collectores, rerumque gestarum relatores docent, confirmantque diplomata Notariis publicis Cæsareis tribui solita.

- b) Vid. litteras illius, quas ciuitati rescripsit Francofurtensi ap. SCHRAMM. c. l. app. n. 95.
- e) FRITSCH. de regali iurum publ. iure c. xiv. n. 17. 18, GOLDAST. const. Imp. Tom. II. f. 53, ubi hæc inter alia occurrunt uerba: *Alle die Zölle nehmen auf Wasser oder Land, die sollen den Wegen und Brücken ihr Rechte halten mit Machen und Besserung.*
- d) art. 38. ap. GOLDAST. const. Imp. Tom. III. f. 450. *Habentes insuper & exigentes tributa ratione pontis, vel nauium, PONTES huiusmodi aut naues sub debita reformatione semper studeant CONSERVARE, - - Id vero facere negligentes, penis & grauaminibus opportunis ad debitam REFORMATIONEM ET CONSERVATIONEM SVORVM PONTIVM & nauium in dictis congregationibus per comites eorum parochiales adstringantur.*

§. XL.

& adhuc
hodie sufficiunt
Principes

Denique caue existimes, principi Germaniæ status superioribus seculis munus sibi a republica, uel Imperatoribus demandatum defugisse, uel hoc nostro regionum pontium curam abicere. Curauerunt & adhuc curant illorum integritatem, nec minus suos pontatico posuerunt & adhuc ponunt terminos, ubi uel loquuntur constitutiones Saxonica e), Brandenburgica f), Osnabrugensis g), Badensis b) & innumeræ aliæ, quæ speciatim *Brücken-Ordnungen* audiunt.

e) Resolut. grauarum. de A. 1609. tit. 3. §. 15.

f) d. 10. Aug. 1711.

g) Braun.

g) Braunschweig. Lüneb. Cellischen Theils Gerichts-Ordn. p. 967.

b) Landes-Ordn. der Marggr. Baaden p. vi. tit. ix.

§. XLI.

Ex pontatico, quod in quoque ponte collectum est, in illius conseruationem reparationem- que sumtus fieri debent. (§. xxxix. c. §. xxxvii, 6.) Quod si uero in hoc uel illo ponte nihil plane pontatici exactum fuerit, aut exacto longe maiores sumtus exigat pons, uetustate, uel alio modo ruptus, iam reparandus: unde necessarii illi sumtus ferendi sint? forsitan quæris. Videndum esse duco, an pontis domino præter pontaticum alia, que sumtus suppeditent, concessa sint, nec ne. Illud ubi factum est, unde sumtus ferantur, res ipsa loquitur; si uero hoc, putarem, pontis domino, resectori, duo media dari, quibus tamen non nisi principe adstante, uti potest. Alterum est, ut ab omnibus reficiendo ponti uicinis, laicis, clericis i) immo & ecclesiis k) aliquid contribui petat, idque iure meritoque, quum eorum omnium intersit, refici pontes, ius uero fasque eum, qui commodum sentit & incommodum sentire iubeant. Accedit & illud, quod qui locum, ubi pons est, incolunt, si non plane sint immunes a pontatico, minus tamen atque alii soluant. (§. xvi.) Alterum medium, quo sumtus, quos in pontem reparandum præter pontaticum fecit, repetit, hoc est, quod plus pontatici, quam quantum exegit adhuc, exigere possit.

Sumtus ad
pontem
necessarii
hodie ex
pontatico
feruntur

j) Evangelicos excipi uult. BRVNNEM. ad Auth. Item nulla communitas. C. de Ep. & Cler. propterea quod eorum curia sit suppellex. Lubens hoc darem, dummodo bona, si quæ habent patrimonialia, exciperes.

k) Ad

k) Ad Legem Theodosianam 7. C. de SS. Eccl. non prouocabo, sed ad historicos, qui curam pontium, Dresdensis, Misnensis, Rochlicensis &c. aliorumque penes ecclesias fuisse referunt. Apud pontificios hodie hoc rarum est, apud euangelicos plane inauditum, penes quos ecclesiarum dotes tantæ solent esse, quantæ Clericorum victui, ipsarumque ecclesiarum necessitatibus uix seruire possunt.

§. XLII.

olim uero
ex indul-
gentiis

Olim quoque sumtus, unde pontes regii extruerentur, exstructique conseruarentur, Pontifices semel iterumque præbuerunt maximi, quando, si qui ad eam rem pecuniam sint daturi, collaturi, soluturi, ut illi, quadragesimalis ieiunii, aliisque anni diebus, quibus *lacticianorum esus de iure & consuetudine prohibitus est*, libere, licite, & absque ullo conscientiaæ scrupulo, ex lacticianiis esitent, blande indulserunt. l)

l) V. C. INNOCENTIVS VIII. qui in fauorem pontis *Torgauensis* ita rescripsit Romæ 1490. (Quæ bulla bullario quidem magno non est inserta, deprehenditur tamen apud GEORG. FABRICIVM Sax. illustr. lib. VIII. p. 3 seq. *Auctores des Alt. und Neuen A.* 1713. p. 719. & SCHRAMM. c. l. app. n. 74.) IVLIVS II. (cuius litteras uidefis apud Eund. c. l. n. 76. & ap. LOESCHERVM *Reformations-Hist.* T. I. p. 99.) aliique, quos nominare superuacaneum esse uideatur mihi. Illud tamen quin adhuc adducam, quod Innocentii, Iulii aliorumque bullæ de lacticianiis datæ uulgo *Milch- und Butter-Brieffe*, cistæ uero, ubi pecunia pro indulgentiis colligebatur, *Milch-Kasten, Butter-Büchsen, Butter-Töpfe* audierint, adducam, me temperare nequeo, quum ex eo constet, quid sibi nelit tritum illud: *die Torgauer Brücke sey aus der Butter-Büchse erbauet.* v. GOETZII sched. de litteris butyricis.

§. XLIII.

§. XLIII.

Quod etiam multæ meretricum, *Huren- und Frevel-Buffen*, inseruierint olim sumtibus ad pontem necessariis, contendit CAR. CHRIST. SCHRAMMIVS, *m*) prouocans ad constitutionem quandam Sigismundi Imp. de A. 143., quæ deprehenderetur apud LVNIGIVM. *n*) Sed eiusmodi constitutio, quod pace viri conf. dixerim, ibi non occurrit.

m) tr. de statuis mercur. p. 90.

n) *E. R. A.* part. gen. cont. 2. p. 239.

§. XLIV.

Illud denique tacitus præterire nequeo, quod & legatis. *uaræ* statuerint uoluerintque ciuitates, ut quiuis testator in uoluntate sua ultima aliquid legaret *zu Wegen und Stegen*. Id quod ex iure Hamburgensi, *o*) Zittauiensibus *p*) aliisque statutis satis innotescere potest.

o) p. III. tit. I. art. 16.

p) tit. von testament.

§. XLV.

Si quis de eo quæsitus: Quis pontem uetustate ruptum reficere queat? respondere uellet, certe tot factorum speciebus non inuolueretur, atque ille, cuius est quæstionem: *Quis novum pontem exstruere possit?* decidere. Ex multis, quæ huius menti succurrere debent, sufficiat unam alteramue iam fisti. Qu. I. An Titius trans Caii flumen, quod territorium suum interfuit medium, pontem possit iacere? Putarem quod non, nisi Caius id permiserit. Licet enim Titius, quod non

Quæst. I.

D

nemo

nemo nimis urget, vias curare debeat; tamen isti viarum curæ flumen terminos suos ponit, nec Titio in flumine Caii quidquam iuris competere potest, ut itaque eum, quo minus pontem exstruat, iure prohibeat Caius.

§. XLVI.

Quam sententiam meam non muto, si vel maxime fingeres, Titio in flumine Caii ius pontonem habendi antiquitus competere. Seruitutes enim strictissimæ interpretationis sunt ad unam omnes. Hinc quum ius pontonem habendi, & ius pontem aliquem exstruendi differant quam maxime; is, cui illud concessum, hoc simul cur exerceat, non ideo. ^{q)}

^{q)} STRYK. c. d. c. 2. n. 42.

§. XLVII.

Quæst. II.

Porro II. quærent: *Quis principum duorum flumen, quod inter eos commune est, regio quodam ponte iungere possit?* Me quidem iudice pons utriusque consensu & impensis flumen traiciendus, traiectusque inter utrumque diuidendus est, ^{r)} nisi hæc res aliter determinata fuerit speciali pacto, cui standum est, & quidem strictissime, quod notes velim.

^{r)} TILESIVS de iure limit. in aqu. conflit.

§. XLVIII.

Pons regius
solemniter
seruitur.

Pons regius ubi exstruendus est, hoc solet obseruari, ut vel ipse dominus territorii, vel illius nomine minister quidam, ^{s)} aut is, cuius sumptibus pons exstruendus est, ^{t)} lapidem ponat fundamentalem.

talem. Sic fundamentum pontis *Berenburgensis* ^{u)} posuit VICTOR AMADAEVS, pontis lignei olim propter *Roslanium* constructi IOACHIMVS ERNESTVS, ^{x)} *Berolinensis* FRIDERICVS GVILIELMVS. ^{y)}

Quod in ponte Nossenfi factum est 1715. d. 17. Aug.

^{z)} Olim, ubi clericis ecclesiisque demandata erat pontis constructio uel illius inspectio: scholares clericique, quorum unus venerabile portabat, cum eo, qui lapidem fundamentalem positurus erat, ad locum, ubi pons exstruendus erat, iuerunt bini. Id quod A. 1493. in ponte Torgauensi factum esse legimus apud DAN. FRID. IANVM *memoria Ioannis, cognomento Constantis* p. 137.

^{u)} A. 1706. d. 12. Sept. uid. I. C. BECMANNI *Historie des Fürstenthums Anhalt* p. III. libr. 2. c. 2. p. 98.

^{x)} 1583. uid. SAM. HEINRICI carmen super hac solemnitate conditum.

^{y)} 1692. uid. SCHRAMM. c. l. f. 182.

§. XLIX.

Simulac pons regius stratus est plene, ^{dedi-} ^{dedicatur} catur. Nimirum princeps, quem omnes ministri comitantur aulici, uel, eo impedito, filii principes, primi super eum curru uehantur. Sic *Leucopetrensem* CHRISTIANVS Dux Saxoniae, ^{z)} & qui prope *Roslanium* olim exstructus erat, dedicarunt IOACHIMI ERNESTI filii principes, IOANNES GEORGIUS & CHRISTIANVS. ^{a)}

^{z)} V. Curiosa Saxonica in. Febr. 1733. p. 21. sq.

^{a)} SCHRAMM. c. l. f. 130. & app. n. 41.

§. L.

Cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa nummi solent cudi. Id quod uidimus ipsi, uidentque maiores nostri in Berolinensi, ^{b)} Dresdenfi ^{moneta noua celebratur,} D 2 hodie.

hodierno, *c*) Freibergensi *d*) aliisque pontibus. Huc quidam referunt nummos illos, qui scutum Landsbergense, duabus trabibus ex longitudine positis constans, præ se ferunt, & vulgo dicuntur *Brücken-Pfenninge*, iure vero an iniuria, adhuc sub iudice lis est, & tamdiu erit, dum scriptores secum invicem de istorum nummorum forma, *e*) ætate, & auctore *f*) nominisque ratione *g*) conuenerint.

b) Id. c. l. f. 182. §. 6. not. a.

c) Id. c. l. f. 32.

d) Id. c. l. f. 38. not. l.

e) *Alii* enim, ut WECKIVS Chron. Dresd. f. 87. formam iis tribuunt denarii, *alii* magnitudinem grossi, alii utriusque magnitudinis, diuersæque inscriptionis, pingunt eos, quando sistunt alios, in quibus solum signum Landsbergense comparet, alios ubi leo conspicitur, signum istud tenens, alios sine litteris, alios his additis: L. A. N. D. uid. Vir ab antiquitatibus monetarum sat instructus CHRISTIANVS SCHLEGEL d. de nummis antiqu. p. 114. Iste litteræ, initiales uidentur esse mihi nominis: LANDSBERG.

f) WECKIVS c. l. eos refert ad tempora *Otonis Diuitis & Henrici Illustris*; SCHLEGELIVS uero ad tempora *Theodorici V. alias Pinguis* dicti, uel potius ad A. 1440. sed neutri ad stipulari queo. Non illi, quum nitatur non nisi scriptura quadam Radebergensi, cuius fides dubia, quod 1) adeo minutum referat nummum, ut eum sec. XII. culum harum rerum periti sibi persuadere nequeant, 2) computari ad florenos, sexagenasque instituti, quem ista ignorarunt tempora, meminerit. Mecum consentit IO. GOTTL. HORNIVS Henrico Illustr. p. 275. dicens: In eo WECKIVS etiam omnino nimium erat credulus, & ideo iuste taxandus, quod scriptura quadam antiqua Radebergensi persuaderi sibi est passus, usuales fuisse iam sub initium regiminis HENRICI, quum poni Dresdenensis consummaretur, nummules

mulos quosdam minimi moduli, *Symbolo Landsbergenſi in ſignes, interque alios, operariis, qui moli iſi conficiendæ intererant, mercedis loco numeratos.* Mireris itaque quod *SCHRAMMIVS* c. l. f. g. *Weckio* ſuffragans, *Hornium* in ſuas trahat partes: ſed a) cæcus eſt, qui uerba: *In eo - eſt paſſus*, non uidit, nec b) ſibi ipſe conſtat. Hoc uel ex eo patet, quod eodem habeat *Brücken-Pfenning*, *Albus, Weiſſpſenning*, qui tamen forma, ualore, & ætate differunt. *SCHLEGELIO* cur non adſentiar, in cauſa hoc eſt, quod medium ſec. xv. fatale fuerit nummis bracteatatis. Equidem putarem ex illis nummis, quos huius diſputationis frons ſiſtit, tres priores adſcendere ad ſec. xii. quartum uero recentioris ætatis eſſe. uid. *Nachrichte von den Groſchen* p. 59. a. IO. ALEX. DOEDERLIN. comment. de nummis Germaniæ mediæ §. 90.

g) quam *WECKIVS*, *SCHRAMMIVS* que c. l. ab eo petunt, quod iis, qui ponti *Dreſdæ* ſec. xii. exſtruendo operabantur, ſoluti fuerint; *SCHLEGELIVS* contra c. l. in ea eſt opinione, quod nummi iſti pontis præfecto telonel loco ſoluendi & propterea dicti fuerint: *Brücken-Pfenninge*.

§. LI.

Exſtructis porro pontibus ſæpe addi ſolent & ſignis
ſigna, quæ, quis exſtruxerit eos, loquantur in per-
petuum. Sunt autem *nomen, inſignia, effigies, ſta-*
tua. Vt rem quodammodo probem, pontem
Dreſdenſem antiquiorem, & *Berolinenſem* laudas-
ſe iuuat. Iſti inſignia ſua adpoſuerant *Burggrauii*
Dohnenſes, huic uero nomen fundatoris adpoſi-
tum eſſe ſcimus.

§. LII.

Statuæ, quas pontes hinc inde oſtentant re-
gii, uel deos paganos, uel *Nicolaum, Ioannem Ne-*
pomucenum alioſue ſanctos, uel *Heroes* ſignifi-
cant.

cant. Statuam *huius* generis uel in ponte Berolinensi *b)* illius uero commatis statuas in Pragensi, *i)* Viennensi, Ratisbonensi & multis aliis pontibus deprehendere licet. Denique statua, qua Deus quidam paganus exprimitur, deprehendebatur olim in ponte Grimmeni. *k)* De statu, Deum uel sanctum referentibus, earumque capellis & inuiolabilitate, de crucibus, martyrii columnis, aliisque rebus, quæ in nostris quoque prouinciis, ante sacra reformata, pontibus solebant imponi, ut peregrinantium cultui inferirent, multa licet dicenda essent, iis tamen immorari non lubet quum Consul. D. PRAESES programmate, quod proximis diebus de *sanctitate pontium* editurus est, otium mihi faciat.

b) Vbi statua equestris FRIDERICI GVILIELMI sub uariis solemnitatibus erecta est & a prætereuntibus salutata A. MDCCIII.

i) Vid. Anonymi *Entwurf der Prager Brücken, samt denen darauf postirten Statuen.*

k) Vid. КНАУТН. Prodr. Misn. p. 380.

§. LIII.

Vbi in
pontibus
sibi duo
occurrunt

Quum pontes regii sint ii, qui uias regias, utriusque iungunt (§. v.) ideoque, sicut hæ, regulariter pateant omnibus (§. xi.): facile fieri potest, ut uiatores, pedestres pariter ac equestres, & currus sibi inuicem occurrant. Iam quum unus alterum permeare nequeat, sed, ut locus alteri ab altero cedatur, opus sit; & propterea pontes tantæ latitudinis extrui debeant, ut currus iuxta currum in iis uehi possit (§. viii, 2.) *i)* quærere nos iuuat: *Quis alteri locus teneatur cedere? Quam quæstionem tam ex notis*

quis, quis
cedere,

is

tis illis speculis, *m*) quam BECKII, *n*) FELTMANNI *o*) aliorumque scriptis facile decidere potes. Scilicet de uia defletere debet, qui illud faciliiori opera peragere potest. Vnde uiator pedestris equitanti, equitans curru, currus uacuu curru mercibus onusto, leuiter oneratus magis onerato locum debet cedere. Quodsi uero uterque currus uacuu sit, aut æquali pressus onere, uterque pro dimidia parte defletere debet, nisi (a) alterius rector in occurrendo commiserit culpam *p*) aut (b) in altero transeant personæ, quarum dignitatis ratio habenda est. *q*)

1) I. Prou. Sax. libr. II. art. 59. Suen. art. 240. ed. SCHARFAT.

m) Sax. c. l. Der leere Wagen soll dem geladenen ausweichen, und der weniger beladene dem mehr beladenen, der Reuter soll dem Wagen und der Fußgänger dem Reuter weichen. Suen. c. l. Der lår wagen sol dem geladen weichen, und der ringer wagen sol dem swaren weichen, der reitend entweicht dem wagen, er sey geladen oder nit, der gand entweicht dem reitenden. Cum quibus conueniunt LL. urbis Cluix tit. 180. §. 1. 2. ubi uerba: De ydel wagen sol ruymen den gelaedenen, und die min gelaedene den swaer gelaedenen, und die gaende den rydenden.

n) d. de obligatione ad cedendum in uia publica. Cuius, quod obiter moneo §. 4. 5. alique non sine uitio litterarum plagii ad uerbum descripti sunt ex COCCII disp. de regali uiarum publicarum iure.

o) discept. de uehiculis sibi obuiis.

p) v. c. quod transitus sui nullum dederit signum.

q) BECK. c. d. §. xv. seq.

§. LIV.

Illud tamen adhuc notes uelim, quod cursus publici, ordinarii æque ac extraordinarii, *Ordinair- und*

und Extra-Posten, nec non cursores equestres, die *reitende Post*, ita sint privilegiati, ut his omnes viatores equestres, illis uero omnes currus, uacui sint an onusti, cedere debeant. r) Hoc propterea statutum est, quod currus cursoresque illi publicis sub poena iubeantur celeriter & horis statis itineris sui decurrere spatium.

r) *Post-Ordnung Churfürst. Johann Georg IV. de A. 1693. §. 7. & R. Augusti de A. 1713. §. 10.* Idem in aliis quoque Germaniæ provinciis obtinere usu, probatum dederunt ad unum fere omnes scriptores illi, quos collegit LEONHARDI.

§. LV.

aut retro-
cedere de-
beat?

Si pons tam angustus sit, ut nonnisi currus unicus quolibet tempore eum transire queat, quid tunc iuris sit & consuetudinis circa occursum? non frustra quaeritur. Distinguas uelim, duo currus, an currus & uiator sibi eant obuiam. Hoc casu, si uiatoris, pedestris equestris, uestigia sint qui sequantur, donec ille transierit, currus subsistat; s) illo uero, currus, qui posterior pontem ingressus est, retrocedere debet, siue uacuus sit siue oneratus, t) dummodo actor illius, qui prior pontem ingressus est, transitum suum rite v. c. clamore, corniculo &c. significauerit. u)

s) *Spec. Sax. c. l. Sind sie in einem engen Wege, oder auf einer Brücke, und man jagt einen, der reitet oder zu Füsse ist, so soll der Wagen stille stehen, bis sie worbey kommen können. Suen. c. l. Sind sy aber in ainem engen weg oder auff ainer pruck, und jagt man den reitenden oder genden, so soll der wagen still sten, unt das sy fur koment. LL. Clui. c. l. Merr syn syaen conen engen wegh of eine bruggen,*

bruggen, of jaegt men einen rydenden oft toe voete, so sol die wagen still staen, dat vorkommen moegen.

†) Spec. Sax. c. l. Welcher Wagen zuerſt auf die Brücke komt, der ſoll zuerſt übergehen, er ſey leer oder beladen, Suen. c. l. Welcher des erſten an dy pruck kumpt, der ſoll auch des erſten überfahren, er ſey geladen oder nit. LL. Clin. So wulck wagen erſt op die brugge of in der porten komet, die ſal erſt ouer und uortfabren, ſy ſie ydel of geladen.

u) ZOBEL different. iur. ciu. & Sax. p. II. d. 46. n. I.

§. LVI.

Iurisdictionem in uia continuata continet iurisdictionem in ponte. (§. VIII, 3.). Ecce causam, 1) cur iurisdictionem in ponte regio sit illius, cuius est in uis iunctis; 2) cur si in uis regis, quas continuatas pons coniungit, ad plures spectet iurisdictionem, nec unus in ponte perfecta iudicet; 3) cur iurisdictionem in uis regis destitutus, destituatur quoque ea in ponte, uias istas iungente; 4) cur iurisdictionem in ponte regio istius praesumatur esse, cuius praesumitur esse in uis regis, per eum iunctis.

§. LVII.

Ex eodem porro sequitur, 5) ut iurisdictionem in pontibus regis originarie ad istum spectet principem, in cuius territorio deprehenduntur, & 6) si communi duorum territoriorum flumini sint impositi, inter utriusque territorii dominos sit communis; 7) ut, si quis principum flumen, cuius totius dominus est, transierit, ripae tamen alterius imposuerit pontem, in ea pontis parte, quae

E

ripae

ripæ alterius est imposta, iurisdictionem exercere nequeat, sed exerceat ripæ istius dominus, nisi pacta, consuetudo uel præscriptio aliud uelint.

§. LVIII.

Cuius occasione quæritur: *An æstatis tempore, quo aqua in fluminibus decrescere solet, iurisdictio ad dominum ripæ spectans adaugeatur?* Adfirmatiuam defendit STRYKIVS, x) sed, si quid uideo, temere. Supponit enim, ripæ accedere derelictum alueum & pontem flumini, quod tamen tam falsum est, quam quod falsissimum. y) Dein inter principem & nobilem ripæ dominum distinguit, sed inuita Themide.

x) c. d. c. V. n. II. sq.

y) Quod pluribus demonstrabit Consult. Dn. PRAESES in Elem. J. Germ., quæ iam molitur, lib. II. tit. 6.

§. LIX.

uel eorum,
qui cau-
sam specia-
lem ab illo
habent.

Quum originarie penes principem sit iurisdictione in ponte regio (§. LVII, §.) 1) nemo ciuium, quicumque sit, nobilis an ignobilis, crimina in ponte quodam regio peracta cognoscere, cognitaque punire potest, nisi antea 2) id iuris sibi potuisse & uoluisse concedere principem, docuerit. Quod tamen non docuit, (a) qui se, principe permittente, pontem extruxisse, uel a principe constructum acquisuisse, probauit, z) quum non minus sine pontis dominio, ac cum eo transferatur iurisdictione (§. xxxiv.); (b) qui se in possessione

sione uel quasi iurisdictionis esse iurauit, quum possessionis titulus semper sit edendus.

2) STARK. c. d. c. V. n. 7.

§. LX.

Idem quoque notes uelim (c) de eo, qui se in pago, quem pons attingit, aut flumine, cui impositus est, iurisdictione criminali munitum satis superque demonstrat, quia hæc iurisdictionem in ponte non complectitur. Quodsi uero leges prouinciæ, *) ubi pons deprehenditur, altam iurisdictionem ad uias extendant regias, aliud dicendum erit. Præterea qui sibi soli iurisdictionem in ponte tribuit, hunc totum in banno suo esse probet, (§. LVI, 2.), aut in exercenda iurisdictione concursum admittat tertii. Id quod uel in Ienen- si uidemus ponte, qui quum uias diuersæ iurisdictionis iungat, nec unius, sed pro parte præfecturæ, pro parte magistratus oppidani iurisdictioni subest.

*) Vt in Sax. Elect. v. ZANGER. de except. c. i. p. II. n. 244.

§. LXI.

Vbi iurisdictionis in ponte quodam regio ad plures spectat, ad euitandas lites ut plurimum fines reguntur, eorumque ponuntur signa. Quorum aliquod, lapideam scilicet crucem, a parte pontis Ienen- sis sinistra, ubi eum ex porta ad Salam posita ueniens adscendit, conspici potest.

§. LXII.

Questiones illas: Quis iudex sit illius, qui alium de ponte deiecit in aquam, ut suffocaret eum?

E 2

eum?

eum? Quis eum, qui in ponte regio sclopetum nitrato puluere plumbeaque glande oneratum explofit, ut in alio banno stantem occideret, iudicet coërceatque? Cuius sit inquirere, si in ponte vulneratus alio post in banno mortuus? Quis cognoscat crimina in regio commissa ponte, cuius dominus alius est, atque qui in ea conducit, aut pontaticum exigit? Quis in confinio pontis occisum eleuet, eleuatumque terræ mandari curet? cum aliis pluribus lubens pratero, quum ex conceptu pontis decidi nequeant.

§. LXIII.

Conclusio. Hæc sunt, quæ de dominio & cura pontium regionum nec non iurisdictione in iis differere placuit. Meum iam esset, eorundem sanctitatem pro uiribus deducere, sed uariis de causis cogor labori meo imponere

F I N E M.

CORRIGENDA.


p. 17. lin. 15. leg. *rationabilibus*.p. 22. lin. 21. leg. *principes*.p. 24. lin. 30. del. v. *adducam*.

X 2368095





1736, 4
ell 5




B.I.G.

Farbkarte #13

A. D. G.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
VILIELMO HENRICO
DUCIS SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN-
GARIAE ET GVESTPHALIAE COMITE SAYNAE
ET WITTGENSTEINII RELIQUA

ONTIVM REGIO-
RVM IVRA.

CONSENTIENTE ILL. ICTORVM ORDINE
SVB PRAESIDIO
RVDOLPHI ENGAV, I. V. D.
PRAECEPTORIS SVI FIDELISSIMI
AD D. VII. APRIL. MDCCXXXVI.
DEFENDET
A V C T O R
FRIDR. ANDR. GOTTLIEB. GNUGE,
IENENSIS.



IENAE LITTERIS IO. FRID. RITTERI.

